



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Q. 274. Quid notandum sit circa Confessarium illius, qui tenetur ad
restitutionem famæ vel aliorum bonorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433

vocandum, nec oculos meos ad te levare: esto tunc memor precum harum, quas ad te supplex nunc effundo. Subveni mihi in hora resolutionis meæ, ne potestas inferorum adversum me prævaleat, Per Christum Dominum nostrum.

Ad Angelum Custodem.

Angele bone, qui custos es meus fidelissimus, defende me in prælio, ut non peream in tremendo judicio. Repelle inimicas protestates in ea hora, quâ ad æternitatem evocabor, ut tecum aliisque Ss. Angelis laudem Deum in æternum. Amen.

Ad S. Barbaram.

O Patrona morientium, gloria virgo & martyr Barbara, memor pollicitationis tibi divinitus factæ, ne patiaris me ex hac vita imparatum excedere sed verâ priùs ac integrâ confessione purgatum, Christique sponsi tu vivifico corpore munitum, Pereundem Christum Dominum nostrum. Amen.

1369. Q. 274. *Quid notandum sit circa Confessarium illius, qui tenetur ad restitutionem famæ vel aliorum honorum.* R. §. 1. Quos prudenter judicare potest scire & satisfacere velle obligationi restituendi, ordinariè non tenetur eos admonere: est tamen apud plerosque consultius admonere saltem indirectè: Quandonam autem & quantum penitens teneatur restituere, dictum est in l. 3. p. 2. Et cavere debet Confessarius, ne aut nimiùm aut nimis parum imponat. Quid agendum sit, si ex ignorantia vel errore indebitè obligârit aut deobligârit à restitutione dixi hic à n. 1780.

1370. §. 2. *Caj. Melin. & alii communiter dicunt*

non
tus n
esse c
nens
absolu
lapsu
jam e
tur m
absolu
priùs
actua
etian
form
vit, at
vatur
pleric
tellig
di. M
ponit
titur p
debet
qui vu
tempo
quid p
vel ha
tum
diend
Juvat
vellet
næ ve
faciat
Q.
tui, fur
Qui se
bet, q
Toni

non esse absolvendum, qui antehac admonitus non restituit: quod Lugo dicit regulariter esse observandum, nam sicuti voluntariè manens in periculo proximo peccandi non potest absolvī, ita neque hic, meritò enim timetur relapsus, cuius experimentum dedit. Si tamen jam essent circumstantiæ, ex quibus colligetur magis serio velle & probabiliter facturum, absolvī posset, attamen rectè injungetur, ut priùs ad Communionem non accedat, quām actualiter restituerit, nisi esset specialis ratio etiam hoc permittendi. Trident. sess. 25. De Reform. c. 12. præcipit, ut qui decimas non solvit, aut impedivit, ne solverentur, non absolvatur, nisi plenâ restitutione secutâ: quod tamen plerique cum Sanch. in Decal. l. 2 c. 20. n. 10. intelligunt, nisi excusat impossibilitas restituendi. Motiva permovendi ad restituendum proponit Viexm. totâ parte 2., nam non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: nec debet is apud homines timere confessionem, qui vult apud Deum invenire gratiam, quæ temporalibus bonis utique præferenda est. Et quid proderit tacuisse hanc obligationē suam vel hæredibus aliena relinquere? certè ista tantum conferent ad damnationem & ad impediendam quoad cætera Dei benedictionem. Juvat etiam interrogare pœnitentem, quid vellet sibi fieri, si ablata, sibi essent bona fortuna vel famæ, an non vellet sibi restitui? hinc faciat hoc alteri quid sibi fieri vellet.

Q. 275. Quid observare debeat Confessarius fa-
tui, surdi, muti, hominis linguae pe- egrinæ. R. §. 1.
Qui scitur esse planè fatuus, absolvī non de-
bet, quamvis genuflectat, se accuset, tundat
Tom. VII. Cccc pectus,